



# Disputatio philosophica inauguralis de malo, eo quod invitum ac spontaneum est, & motu siderum

<https://hdl.handle.net/1874/340878>

DISPV TATIO PHILOSOPHICA INAVGVRALIS  
De Malo, Eo quod invitum ac spon-  
taneum est, & Motu Siderum.

Q V A M

*Cum adjectis COROLLARIIS,*

Favente Deo Opt. Max.

In celeberrimâ Academiâ Ultrajectinâ,

*Ex autoritate Magnifici D. Rectoris,*

D.M. BERNARDI SCHOTANI

I. V. D. ejusdemque Facultatis & Mathe seos


Professoris celeberrimi, amplissimi Senatus Academicci con sen-  
su, & Facultatis Philosophicae decreto.

*Pro gradu magisterii in Philosophia, Attribusque liberalibus  
consequendo.*

Publicè sine præside examinandam proponit,

GVALTERVS de BRVYN, Amisfurt.

*Ad diem 15 Decemb. horis locoque solitis.*



ULTRAJECTI,

Ex Officinâ Ægidii Roman, Academiz

Typographi, Anno 1640.

DISPATATIO PRIMOGENITI TANAGRIENSIS  
De Majo, Ed. d'Unguier, 1570. Ex libris  
Museum of the Royal Society.


Ex Libr. R. S. M. A. M.  
Casa della Sign. D. Maria de' Medici  
Facciatrice del Cardinale di Richelieu  
In possessione della Sign. de' Medici  
Signorina di Montmorency

EX LIBRIS MARY CARDINALIS DE RICHELIEU  
EX LIBRIS MARY CARDINALIS DE RICHELIEU

EX LIBRIS MARY CARDINALIS DE RICHELIEU  
EX LIBRIS MARY CARDINALIS DE RICHELIEU

EX LIBRIS MARY CARDINALIS DE RICHELIEU  
EX LIBRIS MARY CARDINALIS DE RICHELIEU

EX LIBRIS MARY CARDINALIS DE RICHELIEU



EX LIBRIS MARY CARDINALIS DE RICHELIEU

Ex Officina Typographica Romana, Accedit  
Typographi, anno 1670.

# DE MALO.

## T H E S I S I.



Alum aliquando sumitur materialiter pro re mala, aliquando formaliter pro ipsa malitia, à quā res mala denominatur: atque hac posteriore acceptione nos illud considerabimus.

## I I.

Dari malum ex communi omnium sensu & sermone constat. Modus, quo datur, ita exprimitur à Cajetano: *Malum, inquit, non est in rebus ut ens, sed ut rei remotio formalis: &c, invenitur in re ut exercens negationis, non positionis actum.*

## I I I.

Ratio formalis mali consistit in privatione perfectionis debitæ inesse: nullum enim ens propriè & formaliter dicitur malum vel propter puram negationem bonitatis, quæ sibi inesse non debet; alioqui omnis creatura mala esset, ed quod non habeat perfectionem creatoris: vel propter positivam aliquam formam & qualitatem, quam habet quatenus est ens: hoc enim respectu omne ens est bonum, quod confirmat August. in Enchir: cap. II. *Res, inquit, in quantum quædam naturæ sunt, maleesse non possunt.* Et Thom. I. p. q. 5. a. 3. *nullum ens dicitur malum in quantum est Ens, sed in quantum caret aliquo esse.*

## I V.

Malum multis modis dividitur: ac. 1. in verum & apparenſ. 2. in absolute & respectivè malum. 3. absolute malum in naturaliter, moraliter & artificialiter malum. 4. respectivè malum in malum turpe, noxiū & molestum. 5. in extēnum, ut fortunæ malum, & internum ut malem corporis & animi. 6. in malum per se & A 2 in malum quod non est in se.

per accidens. 7. in Culpæ & Poenæ illud dicitur malum tuſpe, ma-  
lum morale , seu in genere moris , & appropriato nomine peccatum,  
quod definitur 1. Ioh. 3. ἀνοίκια ; & à Thoma 1.2.q.61.a 6. aberra-  
tio à regulâ & scopo. malum poenæ est , quod ob præcedentis culpæ  
meritum delinquenti à judece infligitur ; estque bonum respectu in-  
fligentis, malum respectu patientis.

V.

Omne Malum est in Bono tanquam in suo subjecto : malitia enim  
est privatio debitæ bonitatis , ergo requirit subjectum , cui ejusmodi  
bonitas debeatur. Idem testatur August. in Enchir. cap. 14. *Malum*,  
inquit, *omnino sine bonis, & nisi in bonis esse non possunt, quamvis bona  
sine malo esse possunt.* Omne igitur malum in bono est , non tamen  
omni bono, sed tantum finito. In Eate infinito, sive Deo, nihil om-  
nino mali est.

V.I.

Malum quæ malum non habet finem, imo ideo malum dicitur, quia  
fini obstat: multò minus ipsum malum finis esse potest, quæ malū est.

V.II.

Efficitur malum his potissimum modis. 1. cum efficiens laborat  
aliqua imperfectione , sive quaque deſtituitur ſufficiente virtute ad  
producendum effectum ; veluti cum equus claudicat. 2. cum effi-  
ciens aliunde impeditur : veluti cum generantur monſtra . 3. cum  
cauſa ſuperiori virtutem ſuam aut non confert, aut ſubtrahit cauſæ in-  
teriori : ſic ſol eſt cauſa tenebrarum. 4. cum efficiens introducit in  
subjectum formam aliquam ſubjecto inconvenientem & adverſam :  
ut cum ignis aquam calefacit. Hoc ſenſu dici potest Deus cauſa mali  
poenæ. 5. cum cauſa libera non agit quod, quantum, & quando po-  
terat , aut debebat. atque hoc ſolū modo videntur effici peccata :  
nam quod etiam peccata effici videantur prædictis modis , cum effi-  
ciens aut imperfectione laborat, aut aliunde impeditur, aut cum ei ali-  
quid à cauſa ſuperiori ſubtrahitur , aut non confertur ; hoc ideo fit,  
quia aut imperfeccio illa , aut impedimentum &c. illi ipſi cauſæ im-  
putandum fit. quæ peccare dicitur : Quamvis igitur ex peccato ori-  
ginali prodeant omnia peccata, non eo minus ſunt peccata, quia pec-  
catum

Ex hoc ergo dico quod non auctoritate apostolorum sed auctoritate scripturarum et deo et prophetarum sententia est quod malum originale nobis merito imputatur. Sic cum improbi a Deo deserti peccant sane, quia peccatis suis deseriti meruerunt.

VII. II.

Opponitur malo bonum: Modus oppositionis admodum inter Philosophos est controversus. Nos sic statuimus. 1. malum, quia malum opponitur bono non nisi privative. 2. malum quatenus consideratur secundum id, quod in eo est positivum contrarie opponitur bono: sic virtus & vitium contraria sunt ratione habitus, sub quo ut sub genere quodam continentur.

## Problemata de malo.

I.

**A**N malum de formali sua ratione dicat adversitatem, quâ ens alicui inconveniens est, & adversum? N.

II.

An malum & bonum quoad proprias formas sint contraria; & An plerique omnes Metaphysici simul ac Theologi, præteritis propriis boni & mali formis, malum dixerint bono opponi privative; consideratis scilicet utriusque fundamentis? N. utrumque.

III.

An detur summum malum? N. c. Manichæo & Priscillianistas, qui duo prima entium principia finxerunt, unum summè bonum, a quo omnia alia bona suam habuerunt Originem, alterum summè malum, a quo omnia alia mala extiterunt. Ratio negationis petatur ex thes. v.

IV.

An malitia sit ipsis rebus essentialis, & an in peccato actus substratus, seu motus naturalis aut vitalis, à virtute actus semper sit distinguendus? A. post. N. pr. c. novos Errones imperite confundentes malum cum ipsa actione, aut qualitate naturali, quæ bona Dei creatura, seu mavis concreatura est.

V.

Utrum Deus sit causa efficiens mali Culpæ sive peccati? N. Atq; cum sanis

sanis Philosophis , ac Theologis docemus eas actiones , quæ peccata sunt divinæ providentiae subiectio hoc modo . 1. ipsam rem , seu actionem , sive qualitatem , cui inheret , aut adhaeret r̄a malum , efficit Deus tanquam causa prima . 11. ἀταξία , ineptitudinem , & vitium ipsum permittit , quæ permisso formaliter , in se , & secundum se spectata nihil aliud est , quam pura puta cessatio ab actu impediente : tēu non impedito , quod colligitur ex Actor . 14, 16. Non ergo confundenda est hæc permisso cum peccato hominis antecedente , illudque consequente justâ Dei sententiâ de homine sibi relinquendo , & peccatum ejus permittendo : si enim hæc essent formaliter ipsa permisso , jam nulla esset permisso absque peccato & sententiâ justitiae vindicativa ; sed hoc falsum esse docet permisso lapsus Angelorum & Adami . 111. Ordinat peccatum , hoc est , limitat , coercet , aut quacunq; ratione in bonum dirigit .

V.I.

An unum idemque diverso respectu possit esse malum culpa & malum poenæ , & sic quidem ut non coincident malum culpa & poenæ ? A. Quod enim culpa est poenæ rationem habere potest 1. respectu antecedentium peccatorum , propter quæ orbatur homo auxilio divino , per cujus absentiam fit ut culpam hanc committat . 2. respectu illius internæ perpessionis , cui homo in peccando subjicitur . 3. respectu effectorum , idque duobus modis : nam primo illius qui peccat mortem promovet , & miseriam adauget propria culpa . Secundo aliorum peccata aliis s̄epe poena sunt : sic peccatum Absolomi erat sane pena Davidis . Ex his constat rectè Theologos docere : De in peccata peccatis punire ; Et peccatum originale inhærens esse penam transgressionis Adami nobis imputatæ , & actualia omnia peccata habere rationem poenæ .

An peccatum Originis sit privatio , an positivum quid ? A. pr.  
N. posse : nam peccatum orig: est aliquid in aliquo , & per consequens non potest ipsum per se aliquid esse , ut ipsum bonum . Hoc est quod Arist. ait : εἴ εἴ τὸ κακὸν πάσα τὰ περιγματα . Quod a. multi ex nostris Theologis contendant peccatum Originale non esse puram privationem , sed etiam positivam qualitatem , ideo fortassis faciunt ,

ut De in operis efficiens mali Causa via beccatum . Ad cunctos  
etiam

ut innuant ( quod ipsum & Rod. Goclen. monet ) quamvis peccatum originale privatio sit, non tamen esse privationem puram, meram & otiodam ; sicuti morbus privatio est, sed non mera, ut quies, quia afficit subjectum malâ dispositione.

## De eo, quod invitum, ac spontaneum est.

**A**ctionum humanarum differentiae sunt invitum & spontaneum. Invitum dicitur quod per vim, aut per ignorantiam sit. Ut constet quid sit invitum per vim de violento universè loqui debemus. Violentum definitur ab Aristotele, quod sit id, *cujus principium extra est, atque ejus modi nihil ut adiumentis adseratis, qui agit, aut patitur.* Cum in data definitione dicitur is, qui cogitur, agere, id è spectat, ut innuat eum, qui cogitur, ed adiigi, ut instrumenti vicem subeat ad illud patrandum, ad quod proprio motu nihil confert.

### II.

Invitum per ignorantiam dicitur cum ignorantia est causa actionis, non aliud quippiam, quod ignorantiam induxit; puta, ira, cupiditas, ebrietas: Cum a. non omnis ignorantia actionem invitam faciat, observandæ sunt quædam distinctiones ignorantiae.

### III.

Ignorantia alia est Theoretica, alia practica: Illa dicitur, cum ignoratur an, quid, aut qualis res sit. Hæc, cum ignoratur utrum bona sit, an mala, involuntarium constituit non propriè illa, sed hæc, quæ tamen rursum est subdividenda. Practica ergo ignor. alia est, alia vero, alia ratiæ et ratiæ ex ea. Hæc est circumstantiarum, quæ hoc verificulo comprehendantur. Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando. Inter quas præcipue sunt objectum & finis. Ad hanc ignorantiam pertinet ignorantia illa, quare IC. vocant juris particularis, & facti.

Ignor.

## IV.

Ignorantia ~~in rebus~~ vel est ~~rebus~~, vel ~~in rebus~~. Illa est, quæ committitur in rebus absolute judicandis; veluti cum quis bonum absolute putat esse malum, vel contra. & ad hanc revocanda est ignorantia juris universalis, de qua IC. ~~in rebus~~ dicitur, quæ committitur in rerum comparatione; ut cum quis quod novit esse malum rei bona, aut minus male prefert, aut quod novit bonum esse rei mala, aut minus bone postponit.

## V.

Ignorantia ~~in rebus~~ non est caula inviti, sed vitii; nam ipsa peccatum est, & per eam homines improbi sunt: Sic intemperantes peccant ignorantia ~~in rebus~~. Incontinentes ~~in rebus~~.

## VI.

Ignorantia circumstantiarum si aut affectata sit, aut ex supina negligentiâ profecta non reddit actionem invitam, quia potestatem non agendi in agente præsupponit. Si autem talis sit, quæ caderet in virum prudentem, facit actionem invitam, si vir prudens post factum sit ~~in rebus~~; quod si facti eum non pœnitent dicendus est non ~~in rebus~~, sed ~~ex eo~~ agere.

## VII.

Ex his quæ de invito dicta sunt, facile liquet *Spontaneum* esse, cuius principium est in agente, cum singularum circumstantiarum cognitione.

## Problemata de Invito & Spontaneo.

## I.

**Q**UI metu majoris mali, aut spe majoris boni agit, ejus actio invitane, an spontanea habenda sit? Resp. hujusmodi actiones vnlqd mixtae vocantur: sunt enim partim violentæ, quatenus pendunt à causa externâ, quæ voluntati agentis contraria est; partim voluntariæ, quatenus conseruntur cum fine, aliisque circumstantiis, quas agens liberè vult.

Qua-

## II.

Quatenus agere liceat metu majoris mali, vel spe majoris boni? R.  
1. ex duobus aut pluribus malis tristibus propositis semper licet mi-  
nus malum præponere majori. 2. Mala turpia si proponantur, vo-  
luntas omnia debet respuere. 3. Ex proposito malo turpi & tristi,  
si utrumque vitare non possis, eligendum est malum triste, ut vitetur  
turpe.

## III.

An ea, quæ quis habitu vitiioso agit, si aliter agere non possit, sint  
voluntaria, an invita? A. pr. N. post:

## IV.

An ea, quæ quis agit per ebrietatem, iram, aut cupiditatem, dici de-  
beant invita per ignorantiam? N. & valet hic distinctio Philosophi,  
aliud esse agere per inscitiam, aliud agete inscientem &c.

## V.

An appetitus boni & pulchri sit violentus? N. & de bono confir-  
mat Ficinus, docens: desiderium boni penitus & absolute esse secundum  
naturam, & propterea omnia, & semper bonum appetere. De pulchro  
idem ostendit Aristot: quod, inquit, si quis dicat, ea quæ jucunda sunt,  
esse violentia, hac ratione erunt omnia violentia: horum enim gratia  
agunt omnes omnia. Et qui vi coacti, atque inviti agunt, molestè fe-  
runt: qui autem jucundo ad agendum invitantur, cum voluptate & ju-  
cundè agunt &c.

## De Motu Siderum.

### I.

Motus Siderum est eorum in celo, quod scriptura medium vo-  
cat, progressus, seu incessus ab uno loco in alijam. Estque vel  
diurnus, vel periodicus. Diurnus est quem stellæ singulis diebus na-  
turalibus, hoc est, viginti quatuor horarum spatio conficiunt. Perio-  
dicus est, secundum quæ stellæ inæqualibus temporum intervallis  
suam propriam periodum vario & obliquo tramite conficiunt, &

B

modo

modo proprius ad verticē nostrōs accedunt, modo longius ab iis recedunt.

### II.

In motu diurno stellæ referuntur vel ad Horizontem tantum, vel ad Horizontem, & punctum verticis, vel ad circulos positio-  
num, in 12. cœli domiciliis. Ad Horizontem tantum referuntur,  
quando consideratur earum in horizonte ortus & occasus cum  
astronomicus tum poëticus. Astronomicus ortus & occasus est,  
quando inquitur, cum quibus æquatoris gradibus, & quā horā  
diei, quōd horizontis loco sidera oriuntur & occidunt.

### III.

Ortus & occasus poëticus fit ratione horizontis, Cosmicè vel  
Acronicè, ratione radiorum solis, Heliacè.

### IV.

Ad horizontem & loci verticem referuntur stellæ, cum inquiri-  
tur. 1. in quā plagiā horizontis reperiatur per circulos vertica-  
les sive Azimuth. 2. quam altitudinem supra Horizontem quovis  
momento habeant per circulos altitudinum, sive Almucantarath.

### V.

In motu periodico astra referuntur vel ad eclipticam, ejusque  
polos per longitudinum & latitudinum circulos, vel ad æquino-  
ctialem per meridianos, sive ascensionum rectarum & declinatio-  
num circulos.

## Problemata de motu siderum.

### I.

**A**N stellæ in cœlo moveantur absque orbibus? Aff. Orbes autem ex cogitato putamus, quo facilius ratio motus, qui stel-  
lis convenire cernitur, explicaretur.

### II.

An sententia Astronomorum de astrorum immobilitate, & or-  
bium realium mobilitate sacræ scripturæ repugnet? Resp. Astra  
secundum scripturam moveri nemo dubitare potest, qui modo in-  
spexit

spexit Psal. 19,6,7. Eccl. 1,5. &c. Quod si autem quis putet sententiam de immobilitate siderum non repugnare his scriptoribus locis, cogitet ille de conciliatione: interim perpendat, num in hac responsione acquiescere possit, si dicat: Scripturam motus cœlorum numquam, astrorum semper meminisse, ed quod hic in sensu incurrat, ille minime.

III.

An & quomodo secundum illos, qui negant stellas contrariis motibus moveri, Sol v. g. singulis diebus spatio 24 horarum circa totum terrę globum moveatur ab oriente in occasum & retro; & interim nihilominus annum suum cursum per Zodiacum integrum, ejusque duodecim signa, obseruet & conficiat? Resp. quia Solis ortus & occasus non semper in uno & eodem puncto cœli fit: Sol enim quem hodie suo motu describit circulum, ab eo cras deflectit, & quod hodie punctum cœli Oriens attigit & reliquit, id cras denuo oriens nunquam attingit. Sic Abrahamus Scultetus unicam tantum stellarum revolutionem ab ortu in occasum agnoscentis, motum illum, qui secundum alios ab occasu in ortum fit, existimat contingere ob quotidianam ortuum & occasuum variationem.

IV.

An ortus & occasus poëticus omnibus stellis competit? N.

V.

Utrum sola signa quæ sunt in Zodiaco, cum sole oriantur, & occidunt; an vero etiam aliæ stellæ, quæ sunt extra Zodiacum? Resp. etiam alias stellas extra Zodiacum positas secundariò simul cum sole oriri & occidere, quatenus scilicet pertinent ad illius signi gradum, quem sol tenet.

VI.

An quanta sit cuiusque signi ascensio, tanta sit ejusdem descensio? Resp. distinguendum est inter sphærā rectam & obliquam: in illâ enim tanta est descensio signi, quanta est ejusdem ascensio. in hac vero descensio non est æqualis ejusdem ascensioni.

An in motibus inferiorum exemplum dari possit simile motus  
velocissimi stellarum, quo concipiatur quævis stella in æquinoctiali  
posita confidere singulis horis 42 miliones miliarium, & tertiam  
partem milionis? A. c. Copernicianos, qui motum illum tanquam  
~~περιπλογιαν~~ exhibant & explodunt. Et ut unum tantum reponamus:  
explicet aliquis ex Copernicianis quomodo concipi potest  
Christum, Eliam, Enochum, & novissimo die omnes fideles ( ma-  
nente eorum materiâ, quantitate, & localitate ) brevi tempore in  
supremum cœlum pervenire; cum juxta metriam Coperniciano-  
rum infinites fere major sit distantia sphære octavæ à terrâ, quam  
secundum calculum Prolemaicorum. Statuunt autem Prolemaici  
terrâ ab octavæ sphæræ superficie concavâ distare 80 milionibus  
cum medio miliarium: atque adeo lapidem molarem inde descen-  
denter indigere 90 annis, antequam terram attingeret ( quamvis  
singulis horis descenderet ad ducenta miliaria ): & hominem di-  
rectè hinc ascendenter ad eandem sphærâ octavam, non perven-  
torum ad ejus concavum intra bis mille annos, ( quamvis quotidie  
100 miliaria conficeret. ) Nec rursum à concavo ad ejusdem  
sphæræ convexum spatio 2000 annorum; nec denique à con-  
vexo ejusdem sphæræ ad cœlum empyreum spatio 2000 annorum.

### Corollaria Logica.

1. **A**n Logica bene definiatur à Ramo: Ars bene differend? N.
  2. **A**n individuum ad Prædicabilia pertineat: Accidens au-  
tem proprium & commune non? A. utrumque.
  3. **A**n propositiones indefinite contradictoriè opponantur? A.
  4. Methodus an dividi possit & debeat? A.
  5. An Philosophia Peripatetica violet methodi legem òpoyterias?
- Neg.

Meta-

## Metaphysica.

1. **A**N Essentia actualis & potentialis opponantur ut ens & non ens? N.
2. Quomodo Essentia & Existentia distinguantur? Resp, ratio-ne ratiocinata.
3. An relationes sint entia realia? N. Sunt inter ens & nihil me-dium.
4. An Hæccitas Scoti, aut Thomæ materia signata sint princi-pium individuationis? N. utrumque.
5. An ædem numero resuscitari possent intelligentia, aut anima-tionalis, si interirent? N.
6. An unitas universalis sit in Ideis, aut in rebus ante mentis o-perationem? N. utrumque.
7. An Christi humana natura vere & proprie dicta substantia sit? Affirm.
8. An dentur Entia, quæ à substantiâ re ipsâ differunt, & substan-tiæ, ut subjecto insunt? Affir.

## Pneumatica.

1. **A**N intellectus separatus essentiam divinam possit intueri mo-do supernaturali? N.
2. An divina essentia sit unica & simplicissima? A.
3. An in Deo sit voluntas conditionata? N.
4. An Deus creaturas conservet tantum negativè, an vero etiam positivè? Affirm.
5. An naturalis Angelorum Dei cognitio recte distinguitur in matutinam & vespertinam? N. c. Scholast.
6. An Diabolus aliquâ ratione immediatè agat in intellectu? A.
7. An Diabolus saltē instrumentum generationis esse possit, applicando naturalia agentia passivis? N.
8. An anima rationalis sit pars essentiæ divinæ? N. c. Gentiles & antiquos hæreticos.
9. An anima sit tota in toto, & tota in qualibet parte? A.

## Physica.

1. An Corpus sit pars essentialis hominis? A. c. novatores.
2. An monstra ex homine nata sint homines? A. siquidem habent animam humanam, ex quibus autem signis judicari possit an ea sint praedita, E.
3. An spiritus, sanguis, aliique humores; nec non capilli & unguies sint animata? N.
4. Cur in Oceano cui maximæ incumbunt, nubes nunquam ningerat? E.
5. Qui per Alpes iter faciunt, quare Bulimo corripiantur? E!
6. Cur esu nivium lepores candidi evadant? E.
7. Quare in quibusdam locis Echo percipiatur, in quibusdam non. Item quare Echo aliquando simplex sit, aliquando multiplex? E.
8. Tempestate calidâ, & nullo vento spirante ventos frigidos excitat?
9. Quare pisces marini, cum vivant in aquâ salinâ, non tamen sint salsi? E.
10. In lucernâ Cardani quid succedat in locum olei à flamma absumpti? E. ipsius autem Cardani sententia examinari permititur.

## Physico-Historica.

1. An Margarata Comitissa Hollandiae uno partu 365. homines enixa sit? Resp. miraculum fabulosum.
2. Quid statuendum de fæminâ illâ marinâ, quam olim captam ferunt prope Purmerendam & Edamum? Resp. fabulosa relatio.
3. An Pygmei sint homines? N. de Spythamæis.
4. An sit Unicornis, de quotam multa Plinius? N.
5. An inter aves detur Pelicanus, qui pullos mortuos sanguine suo

suo consparfos vivificet; an item detur Phœnix, qui unicus sit in mundo, & sexcentos annos cum vixerit, se ipsum comburat, ex cuius cineribus alias denuo enascatur? Resp. figura putidissima,

## Chiromanticum.

**Q**UÆ sint fundamenta Chiromantiae, & quæ eorum certitudo? **E.**

## Phisiognomicum.

**Q**UÆ principia Phisiognomiae, & quantum iis tribendum? **E.**

## Arithmetica.

1. **Q**Uot modis addantur & subtrahantur numeri surdi? **Resp.** cibis.

2. Quomodo fiat Additio fractorum Cossicorum? **Resp.** Ducendus est numerator primi numeri in denominatorem secundi, & numerator secundi in denominatorem primi, factique ex multiplicatione sunt addendi; atque ita acquisisti novum numeratorem; Tandem denominatores in se ducendi sunt, ut habeatur novus denominator.

3. Substractio surdorum, & cossicorum fractorum, iisdem regulis perficitur, quibus Additio, nisi quod unicum illud *Addere*, mutates in *Subtrahere*.

4. In multiplicatione numerorum binomialium insigne compendium ostendere.

5. Dentur  $3cdxx + 2cde x + dce$   
 $2cdxx - 5cde x + 2dce$  si substrahatur  
inferius à superiore, quod nam erit residuum? **Resp.**  
 $cdxx + 7cde x - 2dce$ .

Musi-

## Musica?

1. **A**N Musica subalternetur Arithmeticæ ? **A.**
2. **A**Quænam sit certissima cantus regula ? Resp. modus Mūsicus.
3. **Q**uænam sint requisita vocis humanæ in musicâ ? Resp. ut sit alta, suavis, clara.
4. **C**ur sonus alius sit gravis, alius acutus ? **E.**
5. **C**ur, cum fides testudinis ita tendas, ut consonent alterius testudinis si libus, si pulses fidem unius testudinis, etiam moveatur fides alterius testudinis hūic consona ? **E.**

## Geometrica.

1. **D**atur Triangulum cujus duo latera sunt a. basis b. perpendicularis c. quomodo unumquodque latus seorsim investigatur ? **E.**
2. **O**stendere propositionem, secundum quam latus Trianguli invenitur, cum basis, perpendicularis, & differentia inter duo latera data sunt.
3. **D**ari possunt triangula, quorum cum bina latera sunt æqualia, bases vero inæquales, Areæ tamen sint æquales.
4. **P**er datum circulum medianam proportionalem invenire inter duas rectas datas.
5. **D**atis duabus rectis duas medias proportionales geometricè invenire, & quidem diversis modis.
6. **A**rcum in tres æquales partes geometricè secare.
7. **E**x omni figurarum genere dari possunt figure, quarum perimenter sit æqualis area.
8. **T**ribus datis circulis qui se invicem tangunt, quartum circumscribere, qui trium datorum peripherias tangit, quoque minor circumscibit nequit.
9. **F**igura rectilinea aliam rectilineam inscribere, cujus latus unum al-

num alterius rectilineæ lateri aut insistet, aut ei parallelum erit,  
aut cum eo faciet angulum qualemcumque.

20. Altitudinem turris mensurare per baculum & umbram solis  
aut Lunæ, umbra autem ipsa (quod notandum) ignota erit, nec  
mensurabitur.

## Optica.

1. Quomodo picturæ secundum Perspectivam fiant, & quæ ex-  
dem pariant fallacias? E.
2. Cur beneficio tubi optici objecta majora appareant, & qui-  
dem tanto, quanto major est differentia inter vitrum conve-  
xum, quod remotius ab oculo est, & concavum, quod oculo est  
propinquius? E.
3. Cur senes non videant objecta, nisi ab oculo remotiora? E.
4. Quæ ratione objecta, quæ extra cubiculum sunt, exhibeantur  
in cubiculo? E. & simul eorum, quæ hic notabilia sunt causas  
addemus.
5. In velocissimo motu trochi momentum aliquod est, quo mo-  
tus nullus percipitur, sed videtur quiescere, quæ hujus fallaciæ  
causa? E.

## Astronomica.

1. An mutato horizonte omnia quæ sub aspectum cadunt mu-  
tentur? D.
2. An stellæ calefiant inferiora & quomodo? Resp. aff. pr.  
post. disq. perm.
3. An in Lunâ sit alius & novus quidam orbis, ut putant nonnulli  
se tubis opticis observasse? N. nulla enim, (ut Tolstati Abulens.  
Episc. verbis utar) ratio esset homines ibi convertendi, nisi  
alati fierent Apostoli & Evangelistæ: aut rapti crinibus ab An-  
gelis ed proveherentur.

C

4. Cur

- ofia mandatam in eis, sed illi non inter se nullum similem esse.
4. Cur Luna appellatur lumina magnum Genes. i. v. 16. cum sit minor omnibus stellis excepto Mercurio? E. interim illos rejicimus, qui hanc rationem dant, quod Scriptura in iis, quae ad fidem & salutem non sunt necessaria, tam accurate non soleat loqui.
  5. An nomina idolorum & fabularum à gentilismo olim signis cœlestibus imposita à nobis sint motanda, si fieri possit? Afirm.
  6. Quid sentiendum sit de annis climactericis? Resp. quod Seneca: certam causam & rationem tradi non posse, cur 7. vel 9. quisque annus mutationem aliquam sensibilem hominibus importet.

### Geographica.

1. AN terra sine omni fulcro & basi infimo mundi loco existat, & quidem naturaliter? A.
2. An Zona torrida, & extremè frigida sint inhabitabiles? N.
3. Ubi situs fuerit Paradisus, & quæ ejus fuerit quantitas? Resp. ad pr. circa Mesopotamiam & Armeniam. ad post. non liquet.
4. An Paradisus hodie etiamnum supersit? N.
5. An mare universale continetur intralitora miraculose, an naturaliter? A. post.

### Chronologica.

1. QVANDO mundus sit creatus? Respond. putamus in Autumno.
2. An Christus natus sit mense Decembri, die 25. Respond. cum

eum maximo, Scaligero meræ conjecturæ, & fida principia.

### Ethica.

1. **A**n corporis & fortunæ bona à felicitate sint secludenda? Neg.
2. An affectus sint opiniones, & toto genere vitiosi? Neg. utrumque.
3. Vtrum virtutes omnes necessario vinculo inter se connectantur? A.
4. An pocula sanitatis, quæ dicuntur, intemperantiae sint annumeranda? A.
5. Quid de Comediis & Tragediis dicendum? Resp. esse illicitas.
6. Quid de saltationibus mixtis? Resp. tanquam libidinis incentiva esse damnandas.

### Oeconomica.

1. **A**damus si superstes esset, posséntne uxorem hodie ducere, aut Eva alii nubere? N.
2. An societas herilis etiam locum habuisset in statu innocencia? Aff.
3. Definitio I. C. quâ servitus dicitur constitutio juris gentium, quâ quis dominio alieno contra naturam subjicitur, sitne bona? Affirm.
4. An certamen depositi pignoris, ut hodie viget, sit justus acquirendi modus? Neg.

### Poli.

## Politica:

1. Itne iniquissima conditio, si fœmina cā conditione nubat  
marito, ut majestas regni non sit penes maritum, sed uxo-  
rem? N. c. Bodinum.
2. Uter in successione regnum pro primigenio habendus, il-  
lene qui ante, an qui post adeptum Patri principatum natus est?  
Aff. de pr. N. de post.
3. Quid dicendum de Constantini donatione? Resp. 1. esse fi-  
cticiam, 2. posito, quod facta sit, esse iniquam.
4. Utrum Saul in Majestatem peccarit, quod Rex jam creatus  
boves paternos fecutus sit, & rustico operi intentus hæserit,  
Neg.
5. Utrum 1. Sam. 8. describatur jus regium legitimum, an vero  
usu patrum tantum? N. pr. A. post.
6. Qui gerat se in bello civili vir ptobus? quiescat, an abeat in  
partes? D.

F I N I S:

